Lingua Suanica

Lingua Suanica[1] est lingua Kartveliana familiae Caucasicae, qua loquuntur Suani in Suania, regione Georgiae septentrio-occidentali. Circa 15 000 homines lingua Suanica loquuntur. Suani, si scribunt, lingua Georgiana utuntur. Abecedarium Suanicum litteris Cyrillicis anno 1864 creatum est (cum ars grammatica Suanica primum edita esset[2]), sed non divulgatum est. Hodie si lingua Suanica scribitur, litterae Georgianae cum signis diacriticis aliquot in usu sunt.

Lingua Suanica **ლუშნუ ნინ (лушну нин, lušnu nin)**	
Taxinomia:	Linguae Caucasicae Linguae Kartvelianae **Lingua Suanica**
Locutores:	circa 15 000 (2000)
Sigla:	1 , 2 , 3 sva
Status publicus	
Officialis	
Privata	Georgia
Litterae:	
Scriptura:	Georgiana
Procuratio:	

Notae

1. Eduardi Eichwald *Fauna Caspio-Caucasia...*, Petropoli 1840, p. 8. (Textus (https://books.google.com/books?id=2csQAAAAIAAJ) apud *Google Books*)
2. Лушну Анбан. Сванетская азбука. Tiphlis, 1864.

Bibliographia

- Топуриа В. Сванский язык // Ежегодник иберийско-кавказского языкознания. XII. 1985 **(Russice)**
- Kevin Tuite, Svan. Monachiae 1997. **(Anglice)**

Nexus externi

- De lingua Suanica (https://bigenc.ru/linguistics/text/3539465) in *Encyclopaedia Russica magna*
- Vicipaedia Suanica (https://incubator.wikimedia.org/wiki/Wp/sva/Main_page) apud *Incubatorem*